



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 80. Sessio XXXII. Basileensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Eugenium omnino impunes declarasse, Sæcul. XV.  
 qui Basileensibus ad victum necessaria de- A. C. 1438.  
 ferentes spoliarent.

*Acta Patrit.*  
*to. 13. Conc.*  
*p. 1555.*

§. LXXX.

*Sessio XXXII. Basileensis Synodi.*

Basileenses, cum ea, quæ in primis dua- *Labbe Conc.*  
 bus Ferrariensis Synodi Sessionibus *to. 12. p. 611.*  
 acta fuere, percepissent, atque Eugenium *Es seq.*  
 Papam per responsum Synodale nequa-  
 quam a proposito suo dimotum cernerent,  
 die vigesima quarta Martii Sessionem  
 XXXII celebrant, in qua Ferrariensem  
 Synodum tanquam Schismaticam, ac no-  
 mine Concilii indignam damnant, & quæ-  
 cunque in ea adversus cives Basileenses  
 statuta fuissent, irrita ac prorsus nulla,  
 nec ullo pacto servanda declarant. Insu-  
 per ad omnes & singulos in Ferrariensi  
 conventu congregatos citatio fiebat, ut  
 trigesimo die a data præsentis decreti compu-  
 tando in generali Congregatione compareant  
 eorum eadem Synodo, visuri, se declarari in  
 pœnas prædictas incidisse, aut justas causas (si  
 quas habeant) allegaturi. Denique anathe-  
 matis pœnam decernunt adversus omnes &  
 singulos, qui quascunque personas ad Basileen-  
 se Concilium venientes, seu in eo stantes, aut  
 ab eodem recedentes, invadere, capere vel in-  
 juriis affligere, aut alias quomodolibet impe-  
 dire, directe vel indirecte præsumpserint.

§. LXXXI.